



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Libellus de modo co[n]fitendi et penitendi

[Deventer], [ca. 1498 - 1499]

mesce[n]tis. sic etia[m] superbus inter alios vult se eleuari ex opposito  
iniu[n]gas p[ro]pterea. sue opposita maculis Opponas igit[ur] anime  
co[n]traria morbis ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31245**



mesceris. sic etiā superbus inter alios vult se eleuari  
ex opposito iniūgas. p̄pterea. siue opposita maculis

**O**pponas igitur anime contraria morbis  
bona donet auarus id ē homo inuidus

**P**ropria det cupidus. se castrat luxuriosus  
o hō inuidiose inuidiā remoue homo superbiā

**I**nuide liuorem deponere superbe tumorem  
moderatas esus ebrietatē cibi tua refrenet iracundiā

**S**obrietatesq; gulam patientia cōprimat iram  
deponat qui lesus est fastidia

**N**on moueat lesus rancorem. tedia mestus  
sumptio vnde soluat excellentiam potationis

**P**otus aque redimat excessus ebrietatis  
tue voluptates puniat castigatio carnis

**C**arnis delicias castiget virga flagellans  
digne p̄niam agat subtractum raptor restituat

**U**t bene peniteat ablatum predo reportet

**I**n ista parte auctor specialiter ostendit quomodo circa quodlibet peccatum confessor dabit speciale remedium. dicens q tu debes dare medicinas que sint contrarie morbis id est peccatis. nam cupidus id est auarus debet dari propria bona. luxuriosus debet se castrare. inuidus debet dimittere inuidiam. superbus superbiā. Sobrietates edendi debet corrigere gulam. patientia iram. lesus debet dimittere rancorem. et mestus tedia. Ebrietas debet castigari per potum aque. et contra delicias carnis debet fieri flagellatio. et raptor debet restituere ablata

## Circa textum dubitatur

**P**rimo vix peccata possunt curari per contraria. Secundo quomodo vitia possunt mutari in virtutes contrarias. Tertio que sunt consideranda in satisfactione. Quarto que sunt requisita ad satisfaciendum satisfactionem. Quinto an predo debet ablata restituere. Sexto de intellectu littere

**A**d primum respondetur q sic. quia vnum contrarium natus est expellere reliquum. vt calliditas expellit frigiditatem. Etiam de phis in p̄dica/mentis. q virtus contrariatur vitio

**A**d secundum respondetur fm phm scdo ethico. um. ibi dicit q virtus moralis consistit in medio. Unde virtus ibidem describitur sic. Virtus ē habitus electius in medio consistens. et quia virtus consistit in medio. sed duorum vitiorum extremorum quorum vnum est supra et aliud infra. scilicet excessive dare. et dicitur prodigalitas. aliud est infra. id est modicum vel nihil. dare. et dicitur parcitas. Vult ergo textus q cupidus vt prodignus large sua distribuat luxuriosus totaliter sicut castratus viuat. non tamen